

Passaggio della competenza sulle cause di nullità matrimoniali provenienti dalle diocesi molisane dal Tribunale ecclesiastico di Benevento al Tribunale di Chieti

Accogliendo l'istanza a suo tempo formulata dai Vescovi interessati, il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica, con decreto in data 9 marzo 2009, ha trasferito a partire dal 1° gennaio 2010 la competenza in prima istanza sulle cause di nullità matrimoniali provenienti dall'arcidiocesi di Campobasso – Boiano e dalle diocesi di Isernia – Venafro e Termoli – Larino dal Tribunale Ecclesiastico Interdiocesano Beneventano al Tribunale Ecclesiastico Regionale Abruzzese, con sede in Chieti, che in pari data assume la denominazione di Tribunale Ecclesiastico Regionale Abruzzese – Molisano.

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal

Prot. n. 41444/08 VAR
CAMPOBASSEN.-BOIANEN.
Novae Tribunalium ordinationis

Instantia diei 21 iunii 2008 Exc.mus Archiepiscopus Metropolita Campobassensis-Boianensis – nomine proprio atque Episcoporum, quorum interest – petiit ut archidioecesis Campobassensis-Boianensis atque dioeceses suffraganeae Aeserniensis-Venafrensis atque Thermularum-Larinensis illis circumscriptionibus aggregarentur pro quibus Litteris Apostolicis motu proprio datis *Qua cura* constitutum fit Tribunal Regionale Aprutinum apud Curiam Theatinam;

Perspecto quod nova Regionum Ecclesiasticarum ordinatione Congregatio pro Episcopis praefatas dioeceses Regioni Ecclesiasticae Aprutiensi-Molisinae aggregavit (cf. decreta dierum 12 septembris 1976, in AAS 68 [1976] 478-480, et 4 novembris 1994, in AAS 87 [1995] 369-370);

Pro comperto habito quod dioecesis Triventina, archidioecesis Campobassensis-Boianensis suffraganea, ad Forum Theatinum iam dudum pertinet;

Consentientibus Exc.mo Fori Regionalis Aprutini Moderatore una cum Exc.mis Regionis Aprutiensis-Molisinae Ordinariis;

Audito Em.mo Conferentiae Episcoporum Italiae Praeside, qui votum favorabile Consilii Episcoporum permanentis atque Consilii pro negotiis iuridicis eiusdem Conferentiae patefecit;

Favente Em.mo ac Rev.mo D.no Crescentio Cardinali Sepe, Archiepiscopo Metropolitana Neapolitano atque Conferentiae Episcoporum Regionis Campaniae Praeside;

Non obstantibus quibusdam animadversionibus ab Exc.mo Moderatore Tribunalis Interdioecesanum Beneventani praebitis, a cuius iurisdictione praefatae dioeceses detrahendae sunt;

Vi artt. 121 atque 124, nn. 1 et 4 Const. Apost. *Pastor bonus*;

Re sedulo examini subiecta in Congressu coram infrascripto Exc.mo Praefecto die 9 martii 2009 habito,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

decrevit:

Archidioecesim Campobassensem-Boianensem dioecesesque Aeserniensem-Venafrensem et Thermularum-Larinensem aggregandas esse et facto aggregari circumscriptionibus ecclesiasticis pro quibus erectum est Tribunal Regionale Aprutinum, quod deinceps nominabitur Aprutinum-Molisinum.

Hoc decretum a die 1 ianuarii anni 2010 vigere incipiet. Causae quae illo tempore apud Tribunal Interdioecesanum Beneventanum pendent, usque ad definitivam decisionem apud idem Forum pertractari pergant.

Et notificetur omnibus quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e Sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 9 martii 2009.

✠ Raimundus Leo BURKE, *Praefectus*

✠ Franciscus DANEELS, o.praem., *Secretarius*